

## 59.510. JOHANN JAKOB LUNGERSHAUSEN AN LEIBNIZ

Jena, 18. März 1698.

**Überlieferung:**

K Abfertigung: LBr 590, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift, Siegel u. Postvermerk.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Der kurze Briefwechsel zwischen Leibniz und Johann Jakob Lungershausen, der seit 1693 Adjunkt der philosophischen Fakultät zu Jena war und dort auch Vorlesungen und Disputationen hielt, erstreckt sich lediglich von März bis September 1698. Leibniz antwortet auf unseren Brief mit N=59.520. Sein Interesse gilt insbesondere den Disputationen Lungershausens zur Hermeneutik.

Illustris atque Excellentissime Domine, Maecenas Magne!

Quae superiori anno transmittere audebam *specimina*, recte credam perlata: nunc his se sociat opella quaedam Hermeneutica, benevolo intuitu ut beare velis, submissee rogitō, studia mea quaecumque Gratoso patrocinio Tuo ulterius commendans. Proxime mittam *Specimen*  
 15 *Arabicum*, pactum Scil. Mahummedis cum Nazarenis, quos vocat, seu Christianis initum, quod juxta indolem Arabismi Latine transtuli, annexa simul crisi de ejus origine, an sit genuinus Mahummedis foetus? Vale Vir Magne ac fave

Illustris Dominis Tui cultori devotissimo

M. Joh. Jac. Lungershausen,

Jenae d. 18. Mart. Anno 1698.

Fac. Phil. Adj.

20 P.S. Audio quod D. Niemeier Prof. Log. et Met. Helmst. B. Sandhagenii locum occupaturus sit, quod si ita sit, liceat ab Illustri Tua Excell. percunctari quis spem successionis hactenus conceperit. Studia mea quaec. per 15. annos Academicos Log. et Met. Prof. καδ-δύναμιν praeparavi. Si beneficio Tuo ambire liceret professionem illam Helmst., praesigni favore me mactatum putarem.

25 Viro Illustri atque Excellentissimo, Domino Leibniz, Potentiss. Elect. Brunsv. ac Luneb. Consiliario intimo etc. Domino meo Gratoso. *Hannover. par Amy.*

---

12 *specimina*: Die hier angekündigten *Specimina* scheint Leibniz nicht erhalten zu haben, vgl. N=59.520, letzter Absatz. 13 opella: 1698 erschien in Jena Lungershausens Hermeneutik u.d.T. *Hermeneutica in formam scientiae effectivae redacta tabulisque memorialibus comprehensa, cui instar introductionis praemissa est brevis dissertatio exponens naturam, usum et necessitatem hujus disciplinae.* 15 *Specimen Arabicum*: Ob Lungershausen das *Specimen Arabicum* tatsächlich abschickte bzw. ob Leibniz es erhielt, ist nicht ermittelt. 26 f. *Amy*: nicht nachgewiesen.

## 59.520. LEIBNIZ AN JOHANN JAKOB LUNGERSHAUSEN

Hannover, 10. Mai 1698.

**Überlieferung:**L Konzept: LBr 590, Bl. 3–4. 1 Bog. 4<sup>o</sup>. 3 S.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Die nicht gefundene Abfertigung unseres Briefes antwortet auf N=59.510 und wird beantwortet durch N=59.530. Leibniz geht in unserem Brief inhaltlich zusammenfassend besonders auf die Paragraphen 41–68 aus Pars II seiner *Nova methodus discendae docendaeque jurisprudentiae* (VI, 1 N. 10) ein. Die Paragraphenangaben  
 10 stellen wir den entsprechenden Textpassagen in eckigen Klammern voran.

## Vir Clarissime Fautor Honoratissime

Gratias<sup>1</sup> ago pro munere eleganti Tabularum Tuarum Artis Hermeneuticae. Laudo quod aliqua illustranda Tibi sumis, quae nondum satis in ordinem redacta habentur. Non spernenda videtur tua distribuendi ratio, non dubito tamen quin aliquando plus lucis sis scientiae illaturus,  
 15 per summa rerum ad inferiora ita descendendo ut mens minus distrahatur.

Vidi olim adolescens Hermeneuticum libellum sub titulo *commonefactionis Logicae* Justi Brauen Rostochii editum, qui mihi ab eo tempore non rursus occurrit; apparebat autem habuisse autorem meditationes non vulgares.

ICTi plurimum habebunt in rem tuam. Ego juvenis Methodum jurisprudentiae edideram  
 20 anno 1667. Ibi Textus Exegesis duplicem feceram, [§ 41.] ex textu et ad Textum. Ex Textibus duci ajebam philologiam, et philosophiam Legalem. [§ 42.] Sub philologia juris comprehendebam Grammaticam cum Lexico, concordantiis et phrasibus Legalibus; Rhetorica item et

<sup>1</sup> *Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand: Ad Dn. M. Lungershausen Adjunctum Facultatis philosophicae in Academia Jenensi*

12 f. quod (I) aliquid illustrandum Tibi sumis, quod nondum satis in ordinem redactum habetur (2) aliqua . . . habentur L 14 tua (I) distribuendae scientiae Hermeneuticae (2) distribuendi L 16 adolescens erg. L 20 ibi (I) jurisprudentiae Me (2) Textus L 21 duci ajebam erg. L 22–S. 595201.1 Legalibus; (I) Rhetoricam item et poeticam (2) Rhetorica . . . poetica L

12 munere: J. J. LUNGERSHAUSEN, *Hermeneutica, in formam scientiae effectivae redacta tabulisque memorialibus comprehensa*, Jena 1698. 16 libellum: J. BRAUEN, *Commonefactio logica. Pro usu nativo logicae, tam analysin interpretativam et criticam, quam universam et privam synthesin, per praecepta et usurpandi modum certissima, et facilima, exhibens*, Rostock 1643. 19 f. edideram: LEIBNIZ, *Nova methodus discendae docendaeque jurisprudentiae*, Frankfurt 1667 (VI, 1 N. 10).

poetica quaedam. Sub philosophia Legali: didacticam ipsam, Logicam, Metaphysicam, Ethicam, politicam, et Mathesin Legum etc.

[§ 52.] Ad Textum interpretatio mihi vel simultanea plurium legum simul, seu integrae partis, vel solitaria ad singulos Textus. Simultanea huc series Librorum titulorumque et oeconomiae, tum summae titulorum, et paratitla etc.

[§ 62–63.] Solitaria interpretatio textus rursus mihi fuit: Realis vel textualis stricte dicta vel temperata ex ambabus; Realis, cum textus magis praebet occasionem, tractatio autem ipsa potius dirigitur in rem. Sed textualis magis est κατὰ πόδα, ad legis verba. Realis elicit terminos et theses, eaque tractat per se. Huc loca parallela, vel obstantia. [§ 63–64.] Textualis est totalis, vel partialis. Totalis de connexione Legis cum aliis Legibus, summa et partitione, autore genuino et Historia vel occasione, inscriptione et subscriptione, usu insigni, etc. Partialis consistit in textu constituendo et in constituto explicando. Constitutio Textus est Artis Criticae, de qua olim Casp. Scioppius, nuper Joh. Clericus, in quo et multa Hermeneutica. Constituti textus explicatio est vel translatio vel diductio. Translatio aequivalentibus fere verbis, sed aliis, sive in alia sive in eadem lingua ut nuper in Delphini usum autorum Latinorum velut versiones latinae fuere editae. [§ 65–67.] Diductio duplex est vel paraphrasis quae sensum dat simpliciter, vel Analysis quae simul rationem reddit omnium, artesque dicendi disserendique ad verba applicat. Habet autem se Paraphrasis ad orationem ut definitio ad vocem. Atque huc etiam pertinet formatio casus. Et paraphrasin bonum dare posse, est vere interpretari sensum. Hinc patet, paraphrasin seu verum sensum indagari debere per definitiones (quatenus opus) singularum vocum phrasiumve sed (quando vox πολύσημα est) ita combinatas, ut sensum utilem pariant. Utilis autem sensus apparet tum ex vocum combinatione inter se, tum ex combinatione cum antecedentibus consequentibus, locis parallelis, scopo auctoris, ingenio, Historia, loco, tempore, recta ratione, etc. Hinc si autore nec fallere nec falli possit illa sola interpretatio bona est, qua evitatur error. Quidam autores obscure loqui quaerunt, ut Chemicis interdum itemque Cryptographi et oraculorum autores. Ibi sensus obivus suspectus. Huc aenigmatum solutio. Est enim aenigma velut definitio, cujus definitum designare difficile est. Interdum oratio multos sensus commode fert, et tunc vel constat autorem non nisi unum intendisse ubi vitium est

2 f. etc. (1) ubi sub Logica [§ 52.] Ars conciliandi antinomias, et alia (2) Ad L 6 rursus | duplex *gestr.* | mihi L 7 vel . . . ambabus *erg. L* 9 theses (1) easque (2) terminos . . . eaque L 11 genuino *erg. L* 15 Latinorum *erg. L* 16 fuere (1) ⟨productae⟩ | (2) editae *erg. | L* 16 vel (1) Analy (2) paraphrasis L 20 (quatenus opus) *erg. L* 21 phrasiumve *erg. L* 24 etc. (1) Videndum an non aut (2) ⟨-⟩ (3) Hinc | si *erg. | L* 24 interpretatio (1) vera | (2) bona *erg. | L* 25 f. Chemicis (1) quidam (2) itemque (a) Steganographi, (b) Cryptographi L 27 definitum | ⟨elementorum⟩ *gestr.* | designare L 28 intendisse (1) et tunc | (2) ubi *erg. | L*

12 Artis Criticae . . . Scioppius: C. SCIOPIUS (C. SCHOPPE), *De arte critica; et praecipue, de altera ejus parte emendatrice*, Amsterdam 1662. 13 Joh. Clericus: J. LE CLERIC, *Ars critica, in qua ad studia linguarum Latinae, Graecae et Hebraicae via munitur*, 2 Bde, Amsterdam 1697 u.ö. 15 f. nuper . . . editae: d.i. die vom Herzog von Montausier veranlaßte Klassikeredition *ad usum delphini* durch Pierre Daniel Huet; vgl. VI, 3 N. 13 (Vorbemerkung) sowie Leibniz an Huet, 15. April u. 10. Mai 1673 (II, 1 N. 114 u. N. 116).

ambiguitatis, vel ipse autor voluit simul digitum in plura intendere, ut saepe fit in inscripti-  
onibus Emblematum (ne quid hic de Spiritu sancto et diversis scripturae sensibus dicam) quo  
casu inest perfectio quaedam significationis multiplicatae seu polydynamis. Analysis quae  
paraphraseos rationem reddit omniaque illustrat, procedit per Artes dicendi disserendique,  
5 adeoque est Grammatica, Rhetorica, Logica, etc.

[§ 68.] Ostendi etiam quomodo vulgaris versus ad haec reducatur. Nempe:

*praemitto, scindo, summo, casumque figuro,  
perlego, do causas, connoto et objicio*

*Praemitto* pertinet ad interpretationem Textualem totalem, *scindo* simul ad hanc et Analysin  
10 Logicam; ut et *summo* ad totalem, ut taceam de summis titulorum in interpretatione simultanea.  
*Casum figuro* ad paraphrasin seu interpretationem stricte dictam, *perlego* ad interpretationem  
textualem partialem, analysinque grammaticam et Rhetoricam. *Do Causas, connoto et objicio*  
ad interpretationes reales, eliciendo propositiones principales, easque per *causas* confirmando,  
et per solutiones *objectionum* defendendo. *Connotatio* autem pertinet ad propositiones minus  
15 principales ex textu eductas, nostrasque etiam observationes obiter adjectas minusque negotio  
essentiales.

Haec fuere (nonnihil jam interpolata breviterque contracta), quae mihi olim adolescenti de  
Exegesi visa erant; ea an Tibi aliquando usui esse possint in Hermeneutica porro illustranda  
videris ipse.

20 De Domini Niemeieri mutatione nihil mihi auditum. Priora Tua quae misisse memoras, ad  
me non sunt perlata. Non ideo tamen minus gratias Tibi debeo, et referre velim. Vale.

Dabam Hannoverae. 10 Maji 1698

2 f. dicam) (I) et tunc (2) quo casu L 3 significationis (I) multiformis (2) multiplicatae L 3 seu  
polydynamis. erg. L 5 adeoque (I) Logica est (2) est Grammatica, | Rhetorica erg. | Logica L 10 ad  
totalem erg. L 15 f. negotio (I) neces (2) essentielles L 20–22 De . . . 1698 erg. L

## 59.530. JOHANN JAKOB LUNGERSHAUSEN AN LEIBNIZ

Jena, 21. September 1698.

**Überlieferung:**

K Abfertigung: LBr 590, Bl. 5. 1 Bl. 4°. 1 S.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Unser Brief, mit dem die Korrespondenz endet, antwortet auf N=59.520. Beigeschlossen – »in praesenti scheda« – war ein Einblattdruck von Lungershausen vom 21. August 1698 (LBr 590, Bl. 6, Incipit: »Cum vita socialis exposcat *veras audire et reddere voces*: utique genuina ac propria earum significatio certis legibus finienda erit«), der im Zusammenhang mit seiner *Hermeneutica, in formam scientiae effectivae redacta tabulisque memorialibus comprehensa* (Jena 1698) steht.

Illustris atque Excellentissime Domine! Patrone Magne!

Literas Tuas, lapso Paschate, recte accepi atque ex iis curas Hermeneuticas Te juvene susceptas non sine voluptate perlegi: constitueram id propter publicam, in praesenti scheda patula, earum mentionem facere, cui audaciae Humanitas Tua facilem promittit veniam. Jam in eo sum ut Sciagraphiam istam tabularem in corpus redigam, quod si exierit copiam ejus impertiri ausim. Vale et studiorum meorum promotioni favere perge, quem ad cineres usque habeas

Illustris Dominus Tui cultorem devotissimum

M. Joh. Jac. Lungershausen,

20 Jena d. 21. Sept. Anno 1698.

Fac. Phil. Adj.

P.S. Quo pacto Lynkerus noster in suo *Instructorio* Tui fecerit mentionem, a quodam Antagonista, in Indice quodam, increpatam, ab ipso Lynkero vero in Indice repetito defensam, credo illustrem Tuam Excellentiam habere compertum.

---

21 *Instructorio* . . . mentionem: N. CHR. VON LYNCKER, *Instructorium forense*, [Jena] 1698, Bl. D 2 r°, Sp. a; vgl. Friedrich Simon Löffler an Leibniz, 16. Dezember 1698 (I, 16 N. 222, S. 339 f., Erl.).  
22 Antagonista: wohl gemeint Samuel Stryk.